Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



179

uissimus diebus solem iustitiae mentiet. cum sint in eo densis
simae tenebrae et umbra mortis. In sole itaque angelis phia
lam effudit. quando praedicatores aduersus antichrim
et eius ministros uerbum praedicationis emittunt. Et datum
est illi aestu afficere homines et igni. Hoc ad utrumque po
test referri. Aestus persecutionem significat grauem. qua
antichrist afficiet homines. idem sanctos qui in fide pman
serint. sicut heliam et enoch. Datum est illi ad o. id est
permissum est afficere homines aestu et igni. id est persecu
tione ualidissima. qualis numquam fuit neque fiet. sicut
dns in euangelio dicit. Vnde subditur. Et estuauerunt
homines aestu magno. quia sicut dictum est. erit tunc
tribulatio qualis non fuit neque fiet. ita ut in errorem
inducantur si fieri potest etiam electi. Alter: ipsi qui
cruciabuntur afficient eos aestu. id est ira magna et an
gustia. a quibus sibi illata fuerint tormenta. quia
ante poterunt occidi. quam a fide xpi separari. dumque
insuperabiles eos uiderint. ipsi magis aestuabuntur. aestu
iracundiae indignantes illis. quos in tormentis con
stantes uiderint. Quod etiam factum est in persecutione
sanctorum martyrum. sed tanto tunc ualidius. quanto
grauior erit tribulatio. Amplius quippe istis id est
reprobis cruciabuntur in anima. quam sci in corpore.
Illi in ter tormenta ridebunt. istis dentibus stride
bunt. Illi dnm laudabunt. istis pene exanimes fiet.
Sicque aestu afficient homines humana sapientes. id est
flammis inuidentiae et malignitatis eos
consumari facient. insuperabiles usque ad
mortem manentes. Vnde subditur. Et blasphe